qua peccabit, ſuum confitebitur peccatum metu, & terroribus inducta, vnde erit periculum mortis ipſius ſponſi, qa forte illius mulieris parentes ſunt nobiles, aut potentes tunc fratres in tali caſu, & ſimilibus poſſunt diſpenſare in foro interiori, quãdo probabile eſt, quod illud peccatum non deueniet ad hominum notitiam. Quãdo autem probabile eſt, ꝙ peccatum deueniet in publicum, non diſpenſent fratres, niſi conformiter ad illa quæ nunc dicentur, de foro exteriori. Et quod dictum eſt de eo qui iam contraxit ſponſalia. Idem dicendum eſt de eo qui à ſuis inducitur parentibus ſpõſalia, vel etiam Matrimonium contrahere, cũ ea cuius conſanguineam cognouit, quando aliam non poteſt prętendere cauſam, propterquam non vult contrahere, & negare nõ poteſt, qui cum ea contrahat, ſine vehementi ſuſpitione peccati occulti, modo nunc dicto. Caſus eſt in filia alicuius nobilis cognita per peccatum à conſanguineo illius, cui pater vult, ꝙ nubat, quæ nullam aliam poteſt invenire excuſationem non nubẽdi illi viro, niſi cum vehementi ſuſpitione ſui peccati, quod forte tunc detegere cautê eã ſuus

 indu